Universitätsbibliothek Paderborn

# Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Orationis incitame[n]ta sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

## *Obedientiæ aduerſantur duo.*

PRimum eſt proprius ſenſus. Vnde exemplum relinquendi propriũ ſenſum dedit nobis Chriſtus a matre ſua in templo inuentus. Deſcendit cum eis, & erat ſubditus illis. Bernardus. Quis non erubeſcit obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quando ſuum ſapientia ipſa deſeruit? Secũdum eſt propria uoluntas. De hac materia require in cap. de propria uoluntate. Luc. 2. Bernar.

## *Orationis incitamenta ſunt quatuor.*

PRimum eſt ſcriptura, Eccleſiaſticus. Non impediaris orare ſemper. Hieronymus. Clama ad me & exaudiam te. Luc. Petite & dabitur uobis. Et Pater Auguſtinus ait. Non tantum hortaretur ut peteremus, niſi dare uellet; erubeſcat humana pigritia; plus uult ille dare, quàm nos accipere; plus uult ille miſereri, quàm nos a miſeria liberari. Secundum poteſt eſſe exemplum ſanctorum & Chriſti. Tertium debet eſſe Ecc. 18 Hie. 33. Luc. 6. Auguſ.

dignitas angelorum , orationes no-
Tob, 12 ſtras deo offerentium; ſicut Angelus
Thobiæ dixit. Quando orabas cum
lacrymis, & ſepeliebas mortuos per
noctem , ego obtuli orationem tuam
Bernar. domino , &c. Vnde D. Bernardus.
Credimus ſanctos Angelos aſtare ora
tionibus , offerre deo præces & uota
hominum , ubi ſine ira, & diſcepta-
tione leuari puras manus perſpexe-
rint . Quartum bona quæ ex oratio-
ne proueniunt . de hac materia requi
re in ſequenti capitulo.

*Orationis bona ſunt tria.*

Ecc, 18. PRimum eſt quòd oratio ſanat infirmitatem animæ & corporis. Eccleſiaſticus. Fili in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora dominum & curabit te. Habemus
Iac. ult. exemplum de Ezechia, &c. Iac. ultimo. Oratio fidei ſaluabit infirmum.
Hieron, Isydo. Et Hieronymus oratione peſtes mentis ſanantur. Et Isydorus. Frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit. Secundum eſt, quia dęmones
Mat. 27. Mar. 9. fugat. Matt. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio, &c.
Ambr. Iſydor. Ambroſius, Pſalmi & orationes dęmones fugant. Et Iſydorus.